auxilium, unde petendum? è Coelis, a quo? à Maria: vide
quam blandè sinum misericordiae suae aperiat, ingredere
tutis latebris: at non recipiet, invitat, peccatorem non horrebit?
nec maximum, certè repellet scelerum tota est misericordia;
tutabitur amplectetur fovebit: at Inimicus insequetur
raptabit, miserè trucidabit quid? qua fronte, qua audacia
Divinam illam Maiestatem sustinebit? non sinet, non feret. quid
enim O. Maria, tu, ex tuo sinu, clientem, miserum, depre-
cantem è tuo sinu à latrone, tibi inimicissimo eripi
patieris, an misericordiae Mater te non vocamus? cur Mater
tu filios omni ope destitutos non respiceres? cur miseri-
cordia tu crudelissimis immanissimi Tyranni furoribus suppli-
ces afflictos orphanos derelinqueres? quisquis ad pedes tuos
elapsus è persequentis Tartari manibus effugit, defendisti;
quisquis Cupidinum incendiis semiustus ad te clamavit, extin-
xisti, quisquis peccatorum vinculis alligatus te invocavit
liberasti, testis infan~~ges~~ superbiae tumor, quos amisit, quae
ad te respexere mancipia? testis ~~libidinis~~ libidinis fatale
incendium, cuius ardoribus eos paene confectos eripuisti, testis